



**SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO ||
Mechliniensi Au||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae
paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per
IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||**

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Dativvs Post Verbum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69674](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69674)

Plato. Quod uerbum quandoq; omittitur. ὅδ' ἐγὼ ἀδικόντων ἐγώ, neq; ego sum de numero nocentium.

DATIVVS POST
Verbum.

Verba sequendi exigūt datiuum, ἔπομαι τοῖς παλαιοῖς, sequor ueteres. ἀπολόθει μοι, sequere me.

Similiter uerba certandi, μάχεσθαι ἐν φρέατι, in puteo cum canibus pugnare. πρὸς θεοῖς μάχεσθαι, pugnare cum dijs. Ἐπενεικῶ σοι, contendo aduersum te. παλαιῶ τοῖς πολλοῖς, luctor aduersus multos. παυροτόροις πολεμεῖν, aduersus pauciores belligerare. Sic Virg.

Placido'ne etiam pugnabis amori?

Quibus nonnunquam additur genitiuus, ἀμφοισβητόσι τῶτο, uel πόδι τῶτο, certo tecum de hac re.

Quoduis uerbum admittit datiuū significan-
tem qualecūq; instrumentum,
aut modum actionis, πολεμίζειν γλώτῃ,
bellare lingua. χεὶρὶ δ'εἰσφέρειν, ἀλλὰ μὴ ὀ-
λῶ θυλάκῳ, manu serere oportet, non to
to

τὸ θυλακο, τίνι τρόπῳ γράφεις; quo modo scribis? His finitima sunt, ἣ causam significāt, φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ, invidia hæc facit.

Nōnunquam & precium ponitur in datiuo, Chrysoft. ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποιμνιοῦ περιάμει, propria morte gregē emens.

Verbis significantibus motum ad locum, additur sæpe datiuus loco accusatiui, cum præpositione, ut ὁρμαῖ δὲ τῶ ἀεὶ εἰς τῆ πόλει, pro eis πόλιν.

Cum uerba regunt datiuum proflominis αὐτῶς, sæpenumero intelligit præpositio σὺν, ut ἀκρίμνω αὐταῖς ὠλγύαις τὰ πῆρα, hoc est, σὺν αὐταῖς ὠλγύαις. αὐτοῖς ὀπλοῖς ἐλάβην ἀνδρας, hoc est, σὺν αὐτῶς ὀπλοῖς, unā cum armis accepit uiros.

Ἔσι pro habeo, gaudet datiuo, sicut apud Latinos, ἔκ ἐσι μοι ἀργύριον, nō habeo argentum. Et familiariter adsciscit sibi hos datiuos, βλομνάω, ἀχθομνάω, & similes. ὅσα βλομνάοις ἐγώ, suo arbitratu. οὐκ ἐγώ βλομνάω μοι ταῦτα, hæc non placuerunt mihi. ὅτω μὴ ἀχθομνάω εἶν ταῦτα, quod non inuito hæc essent.

D 2

Χρῆμα

Χρῶμαι & χρῆσις, & similia, construuntur datiuo. χρῶμαι τοῖς φίλοις, utor amicis. λαλῶς ἐαυτῷ χρῆσις, honeste se habere.

Et huic datiuo additur nonnunquam accusatiuus τι uel ὅτι, ut ἔκ' ἔχω ὅτι χρῆσμαι ἐμαυτῷ, incertus sum quid agam. ἔκ' ἔχω τι χρῆσαιμι τῷ τῷ, nescio quomodo eo uti debeam.

Mutatur etiam hic datiuus nonnunquam in accusatiuum, χρῶμαι τοῖς βίαις, uel χρῶμαι τὰ σὰ, utor rebus tuis.

Hæc autem genitiuo & datiuo, φθονῶ, μετέχω, κοινωνῶ, συγγινώσκω. ut φθονῶ βίαι τὰ τὰ, inuideo tibi hanc rem. φθονῶ βίαι τὴν πλῆξιν, inuideo tibi diuitias. μετέχω σοὶ τὸ ἔργον, huius rei tecum particeps sum.

Item hæc impersonalia, δέξι, μέτεσι, μέλει, μεταμέλει, διαφέρει, προσήκει. ut μέλει μοι τὸ τὸ, uel πόδι τὸ τὸ, huius mihi curæ est. διαφέρει μοι τὸ τὸ, uel πόδι τὸ τὸ, huius mea refert. προσήκει μοι τὸ τὸ, uel πόδι τὸ τὸ, huius me decet. δέξι μοι τὸ τὸ, opus est mihi hac re.

Loco datiuui licet quādoque ponere genitiuum,

nitium, antecedente præpositione. ἐπέχω τὴν γνώμην τούτου, & ἐπέχω τὴν γνώμην πρὸς τούτου. ἐπίσημι τὴν γνώμην τούτου, & πρὸς εἰ τούτου, adhibeo animum huic rei.

Ἀμύομαι, ἕμωρῶ, ἐκδικῶ σοι, uel ὑπέρ σοι, ulciscor iniuriā tibi illatā. Cū accusatiuo uero significant hæc uerba, crucio, uindico, εαυτὸν τιμωρῶμεν, seipsum crucians, ἀμύομαι, uel ἐκδικῶ σε, uindico te.

ACCUSATIVVS POST
Verbum.

Accusatiuū admittit quoduis uerbum nominis ab eo deducti, μάχομαι μάχην, pugno pugnam. ζῶ ζωὴν, uiuo uitam. δουλεύω δουλείαν, seruiο seruitutem. Sic Terent. Cantilenam eandē canis. Aut nominis relatiuum, ἢ ἀδικία ἡ ἀδικῶ σε, iniuriā qua te afficio.

Quoduis uerbum construitur etiam accusatiuo, si subaudiatur κατὰ. γέγραφε τὸν εἰρημνίον τρόπον, pro ἢ τὸν εἰρημνίον τρόπον, scripsit dicto modo. ἐποίησε ἀκρίβειαν τὸν γινόντα τρόπον, id est, ἢ τὸν γινόντα τρόπον, quam fieri potuit maxime. Sic ad Phil.

D 3 4. ανέ-